



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Catalogvs Catholicorvm S. Scripturæ Jnterpretvm, Serie Librorvm Biblicorvm**

**Schottus, Andreas**

**Coloniae Agrippinae, 1618**

Andreas Schottvs Antverpianvs. S. I. Pio Lectori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34853**



ANDREAS SCHOTTVS  
ANTVERPIANVS. S. I.

PIO LECTORI.



ET VS hæc, fateor, Tractatio est, *ſvt de S. Scriptura Interpretibus* accuratè quærat: at ea est à nobis nimium quantum, studio iu- uandi ſacrarum litterarum ſtudioſos, aucta, & à poſteris, qui hanc ipſam ſpartam exornare pro virili conabuntur, cum Deo augen- da. Nos hoc interea Catone, quod auxit, contenti acquieſcamus. Magus quidem Caſſiodorus, ex Senatore Monachus eruditus, duos *de Diuinarum litterarum Inſtitutione* libros dedit, ſed inchoa- uit verius, viamque muniuit, quàm abſoluit: cui à ſe reperto, & emulgato auctori quædam appendit Plantinianis typis Iacobus Pæmelius Theologus Brugeniſis, & è Canoniço atque Archidiacono deſignatus Andomaropolitanus Epifco- pus: cui & B. Cyprianum, eoque antiquiorem Tertullianum egregie illuſtratos in acce- ptum ferre debemus. In Vbijs quoque Colonia Agrippinæ, *Catalogus Commentatorum veterum in vniuerſa Biblia olim exijt.* Noti ſunt etiam Sixti Senenſis, Dominicæ familiæ excellentis Tractatoris *Bibliotheca ſancta* libri octo, ad Pium V. Pont. Max. pientiffi- mumque ex eadem familia Religioſum eruditè conſcripti. Neque ignoro exſtare & præter *ſelectam Bibliothecam, Apparatum* quoque ſacrum bonæ Eccleſiæ publico ador- naſſe, memini. Romæ quoque vidimus Joſephi Roche, Eremitæ Auguſtiniani, *De Sanctis Patribus* edicum libellum. Horum potiffimum Catholicorum laboribus plurimum ad- iutum me eſſe gratanti animo pro me fero: Methodum tamen diuerſam paulo ſecutum me, Capitibus diſtincto Catalogo, facile animaduertes, reperiſſeque è lemmate ſeu ti- tulo. Verum, qui extra Catholicam Romanam Eccleſiam leguntur, *Indices, & Elenchos Theologorum in ſacra Biblia*, ne inſpicere quidem libuit: vt ſunt quæ Tomo altero con- ſarcinavit olim Geſnerus, hæreticus, & quæ nuper extruſa eſt, *Clasſica Bibliotheca* Al- phabeti materiæ ſerie. Quæ legant, qui pice inquinari, & venenum haurire gaudēt. *Caſta placent ſuperis.* In hac Catholicorum ſerie nec ſemper ob Alphabeti ordinem à recentioribus veteres ſeiungere, nec Græcos à Latinis ſegregare potuimus. Preſtantiſ- ſimam tamen in ſuo quemque genere aſterifco aſſixo notandum cenſui: his alij, cum de- lectu tamen, arbitrato ſuo adnotabunt alios. Libris non extra omnem controuerſiæ aleam poſitis notam appoſui, ſed rariuſ, cum & iudiciorū varietatem, tam quòd ope- ris huius officium ſit, non cenſere, (vt abunde Poſſeuinus ſolet, *Indexque Expurgato- rius*) ſed recensere Catholicorum ſcripta: neque extra chorum, aiunt ſaltandum turpi-

ter, in animam induxeram. Nunc breue eiusdem Sixti Senensis, de *Diuiinarum Scripturarum Interpretibus antiquis*, de libro 3. extremo Bibliothecę sacre cōsiliū, sententiamque metro (exemplo And. Alciati in *Parergis de Iuris interpretibus*;) comprehensam apponere non grauabor. Tu, Lector fodes iudica.

HISTORIAM è Græcis & Hebraeis fontibus haustam  
 Hieronymo discēs duce.  
 ALLEGORIAS, Anagogenq; recludent,  
 Origenes, Ambrosius.  
 Exponent sensus formandis moribus aptos  
 Chrysostomus, Gregorius.  
 In dubijs altiq; locis caligine mersis  
 Aurelius lucem feret.  
 At breuis & facilis non est spernenda tyroni  
 Lyrensis expositio.

SED tyronum in gratiam rudiori quod aiunt Minerva  $\chi\rho\iota\varsigma \epsilon\upsilon \tau\omicron\pi\omega$  hæc explane-  
 mus. Igitur cum Scripturæ sacre (qui fons est omnis veritatis) sensus sit vel Littera-  
 lis, seu Historicus: vel Mysticus, ille rursus aut Proprius est, aut Metaphoricus; hic ve-  
 ro Mysticus rursus triplex est: Tropologicus seu Moralis, Allegoricus & Anagogicus,  
 quem vno hoc disticho populari memorię gratia sic complectebantur:

*Littera gesta docet: quid credas Allegoria.  
 Moralis, quid agas: quo tendas Anagogia.*

Vel sic breuius rem omnem typo complectamur.

Littera seu hist.	} docet	} Factum	} Ut: Hieru-	} Historicę, ciuitas terrena.									
Tropologia.					} quid fit	} Faciendum	} Tropol. Typus	} animę fidelis.					
Allegoria.									} Credendum	} salem est	} Allegor.	} Eccle	} militatis
Anagogia.													

IN his Sancti Patres Græci, Latiniq; excelluerunt. Hieronymus quidē Historiam ex  
 Hebraicis, Græcisq; fontibus haustam docet, instruitq; Epistolis & in Prophetis.  
 Chrysostomus & Gregorius moralia concionatori docte & eloquenter proponunt.  
 Origenes & Ambrosius docent Allegorijs & Anagogijs eruditē. Augustinus denique in  
 dubijs, locisque intellectu difficillimis lucem adfert, & cū Hæreticis acerrimē pugnat.  
 Thomas & Bonauentura solidam præbent, cum Methodo doctrinam. Vale in Domi-  
 no.

CA-